MODUS CONFERENDI HABITUM ET ADMITTENDI AD PROFESSIONEM...

Monastero di S. Cecilia in Trastevere

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
26 N
35

~~F.IX.n.16~~
L.IV. n. 24.

Pro Bibliotheca Conv. S. M. S. M.
ex libris P. M. Antonij Sylvestri
[redacted]

MODVS
CONFERENDI
HABITVM
ET
ADMITTENDI
ad profeſsionem
MONIALES
Ordinis Sancti Patris
BENEDICTI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTH. S. MINERVAE ORD. PRAED.

ROMÆ,
Typis Franciſci Caballi. M. DC. LVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Alla molto Reu. Madre oſſeruandiſs.

D. TEODORA IACOBILLI

Abbadeſſa del Ven. Monaſtero

DI

SANTA CECILIA IN TRASTEVERE.

NOn mi ſi poteua rappreſẽtare occaſione più opportuna per dimoſtrare à V. R. l'obligo, che le deuo, non che la deuota ſeruitù, che le profeſſo, quanto poter' impiegare il mio debole talento in coſa altretanto grata di quello, che è ſtata ſempre ſtimata neceſſaria dall'accortezza, e prudenza ſua. Onde la prego à gradire queſto mio picciol' of-

ſequio, il quale gli offeriſco di mandare in luce con i miei Caratteri il modo di veſtire, e di profeſſare quelle, che per il tempo auuenire ſaranno riceuute per Monache in coteſto Venerabil Monaſterio di Santa CECILIA, ſotto la Regola di S. BENEDETTO (potendoſi accõmodare per vſo anche d' altri Monaſterij, e ſotto altra Regola): acciò vedendo, & oſſeruando il deuoto ſtile, che ſi tiene, poſſino con maggior feruore, & allegrezza proſeguire l'incominciato camino alla perfettione, che il Signore felicemente le conceda. Di Roma li 22. Nouembre 1657.

Di V. S. molto Reu.da

Deuotiſs. ſeruo

Franceſco Caualli.

MODVS CONFERENDI HABITVM.

IN primis, Puella, quæ eſt recipienda ad habitum Monachalem, deducatur ad Cratam ſerream in interiorem Eccleſiam, induta tanquam ſponſa cum ſerta florum in capite, & genuflexa coram Altari: ſi Sacerdos celebraturus eſt Miſſam, facta primum reuerentia coram Altari, veniat cum Abbatiſſa ad Cratam ſerream coram Sacerdote parato, ſaltem, ſuperpelliceo, & ſtola, & genuflexa ante eum interrogetur.

Si eſt Epiſcopus ſedet cum Mitra.

QVid petis? Et ipſa reſpondeat. Reuerende Domine: Peto recipi ad Religionem, & conuerſationem Monialium Sanctiſſimi Patris Benedicti. Tunc Sacerdos dicat.

Poteris obſeruare Regulam, & modum viuendi Sancti Benedicti, & ſuarum Monialium. Quæ reſpondebit. Cum DEI adiutorio ſpero quod ſic. Tunc Sacerdos genuflectit, & illa proſtrata dicuntur Litaniæ.

Procumbit cum Mitra.

~~Kyrie eleiſon~~. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de Cælis Deus. miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus. miſ.
Spiritus Sancte Deus. miſ.
Sancta Trinitas vnus Deus. miſ.
Sancta MARIA. ora pro nobis.
Sancta DEI genitrix. ora.
Sancta Virgo Virginum. ora.

San-

Sancte Michael. ora.
Sancte Gabriel. ora.
Sancte Raphael. ora.
Oẽs Sãcti Angeli, & Archãgeli. orate.
Omnes Sancti beatorum ſpirituum ordines. orate.
Sancte Ioannes Báptiſta. ora.
Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetæ. orate.
Sancte Petre. ora.
Sancte Paule. ora.
Sancte Andrea. ora.
Sancte Iacobe. ora.
Sancte Ioannes. ora.
Sancte Thoma. ora.
Sancte Iacobe. ora.
Sancte Philippe. ora.
Sancte Bartholomæe. ora.
Sancte Matthæe. ora.
Sancte Simon. ora.
Sancte Thadæe. ora.
Sancte Matthia. ora.
Sancte Barnaba. ora.

Sancte Luca. ora.
Sancte Marce. ora.
Omnes Sancti Apoſtoli, & Euangeliſtæ. orate.
Omnes Sancti Diſcipuli Dñi. orate.
Omnes Sancti Innocentes. orate.
Sancte Stephane. ora.
Sancte Laurenti. ora.
Sancte Vincenti. ora.
Sancti Fabiane, & Sebaſtiane. orate.
Sancti Ioannes, & Paule. orate.
Sancti Coſma, & Damiane. orate.
Sancti Geruaſi, & Protaſi. orate.
Omnes Sancti Martyres. orate.
Sanctæ Silueſter. ora.
Sancte Gregori. ora.
Sancte Ambroſi. ora.
Sancte Auguſtine. ora.
Sancte Hieronyme. ora.
Sancte Martine. ora.
Sancte Nicolae. ora.
Omnes Sancti Pontifices, & Confeſſores. orate.

Omnes

Omnes ſancti Doctores. orate.
Sancte Antoni. ora.
Sancte Benedicte. ora.
Sancte Bernarde. ora.
Sancte Dominice. ora.
Sancte Franciſce. ora.
Oēs ſancti Sacerdotes, & Leuitę. orat.
Oēs ſancti Monachi, & Eremitę. orat.
Sancta Maria Magdalena. ora.
S
ora.
Sancta Agatha. ora.
Sancta Lucia. ora.
Sancta Agnes. ora.
Sancta Cæcilia. ora.
Sancta Catharina. ora.
Sancta Anaſtaſia. ora.
Oēs ſanctæ Virgines, & Viduæ. orate.
Oēs ſancti, & ſanctæ Dei, intercedite pro nobis.
Propitius eſto. Parce nobis Domine.
Propitius eſto. Exaudi nos Domine.
Ab omni malo. Libera nos Dn̄e.
Ab omni peccato. lib.

A b ira tua. lib.
A ſubitanea, & improuiſa morte. lib.
A b inſidijs diaboli. lib.
A b ira, & odio, & omni mala voluntate. lib.
A ſpiritu fornicationis. lib.
A fulgure, & tempeſtate. lib.
A morte perpetua. lib.
P er myſterium ſanctæ Incarnationis tuæ. lib.
P er aduentum tuum. lib.
P er Natiuitatem tuam. lib.
P er baptiſmum, & ſanctum ieiunium tuum. lib.
P er crucem, & paſſionem tuam. lib.
P er mortem, & ſepulturam tuam. lib.
P er ſanctam reſurrectionem tuam. lib.
P er admirabilem aſcenſionẽ tuam. lib.
P er aduẽtũ Spiritus ſãcti Paracliti. lib.
I n die iudicij. lib.
P eccatores. Te rogamus audi nos.
V t nobis parcas. te rog.
V t nobis indulgeas. te rog.

Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris. te rog.
Vt Eccleſiam tuam ſanctam regere, & conſeruare digneris. te rog.
Vt Domnũ Apoſtolicũ, & oẽs Eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſeruare digneris. te rog.
Vt inimicos ſanctæ Eccleſiæ humiliare digneris. te rog.
Vt Regibus, & Principibus Chriſtianis pacem, & veram concordiam donare digneris. te rog.
Vt cuncto populo Chriſtiano pacem, & vnitatem largiri digneris. te rog.
Vt noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio confortare, & conſeruare digneris. te rogamus audi nos.
Vt mentes noſtras ad cæleſtia deſideria erigas. te rog.
Vt omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas. te rog.
Vt animas noſtras, fratrum, propinquorũ, & benefactorũ noſtrorũ ab

æterna damnatione eripias. te rog.

V t fructus terræ dare, & conſeruare digneris. te rog.

V t oībus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris. te rog.

Hic Sacerdos erigit ſe, & illa proſtrata permanente, dicit Sacerdos.

Stans cum Mitra, V t præſentem Ancillam tuam in ſanctæ religionis ingreſſu recipere digneris. te rogamus audi nos.

V t eam in ſanctæ religionis propoſito confirmare digneris. te rog.

V t hanc famulam tuam in ſanctæ religionis ſeruitio bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris. te rog.

Procumbit cum Mitra. Deinde genuflectit Sacerdos, & illa etiam proſtrata permanente, proſequitur Litanias.

V t nos exaudire digneris. te rog.

F ili Dei. te rogamus audi nos.

A gnus Dei, qui tollis peccata mundi. Parce nobis Domine.

A gnus Dei, qui tollis peccata mundi.

Exau-

Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Miſerere nobis.

Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Quibus completis Sacerdos ſurgit, & illa erecta, ſtatim ad benedictionem indumentorum deuenitur, hoc modo.

Stans ſine Mitra.

Benedictio indumentorum.

℣. Adiutoriũ noſtrũ in nomine Dñi.

℟. Qui fecit cælum, & terram.

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℟. Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus æternorum bonorum fideliſſimè Promiſſor, ac certiſſimè Perſolutor, qui veſtimentum ſalutare, & indumentum æternæ beatitudinis fidelibus tuis promiſiſti, clementiã tuam

ſup-

ſuppliciter exoramus, vt hæc indumẽta humilitatem cordis, & contemptum mundi ſignificantia, quibus famula tua in ſancto, ac firmo propoſito veſtiri deſiderat propitius bene ✠ dicas, vt beatæ Religionis habitum, quem te inſpirante ſuſcipit, te protegente cuſtodiat; & quam veſtibus venerandæ Religionis indui facis temporaliter, beata facias immortalitate veſtiri. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℞. Amen.

Oremus.

DOmine Deus bonarum virtutum Dator, & omnium benedictionum largus infuſor, te enixis precibus deprecamur, vt has veſtes be ✠ ne ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris, quas famula tua pro inditio agnoſcendæ Religionis vult induere, vt inter reliquas Moniales tibi agnoſcatur dicata. Per Chiſtum Dominum noſtrum.

℞. Amen.

Ore-

Oremus.

EXaudi quæſumus omnipotens Deus preces noſtras, & has veſtes, quas famula tua ad ſe operiendam expoſcit vberrimæ bene ✠ dictionis imbre perfũde, vt ſicut perfudiſti oram veſtimentorum Aaron benedictione vnguẽti profluẽtis à capite in barbam; & ſicut benedixiſti veſtes omnium Religioſorum tibi per omnia placentium, ita & has veſtes bene ✠ dicere digneris, ac præſta clementiſſime Pater, vt famulæ tuæ hæc veſtis ſit ſalutis protectio: Hæc cognitio Religionis; hæc initium ſanctitatis; hæc contra omnia tela inimici robuſta defenſio; vt ſi continens perſeuerauerit, ſexageſimi fructus donum percipiat, & virgo in centeſimi muneris opulentia in vtraque parte perſeuerans continentia ditetur. Per Chriſtum Dñm noſtrum.

℟. Amen.

Be-

Benedictio Scapularis.

Oremus.

Benedictio Scapularis.

DOmine Ieſu Chriſte, qui tegumen noſtræ mortalitatis induere dignatus es, obſecramus immenſam tuæ largitatis abundantiam, vt hoc genus veſtimentorum, quod Sancti Patres ad innocentiæ, & humilitatis inditium, abrenunciantibus mundo ferre ſanxerunt, ita bene ✠ dicere digneris, vt hæc famula tua, quæ eo vſa fuerit, te induere mereatur. Qui viuis, & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Benedictio Veli albi. Oremus.

Veli albi.

DOmine Ieſu Chriſte fili Dei viui, cuius Apoſtolus muliebrem ſexum in ſignum ſubiectionis, humilitatis, & honeſtatis, velamen, ſuper caput ſuum, propter Angelos habere præcepit, cuiuſque oculos tempore acerbiſſimæ paſſionis tuæ, ad opprobrium, peccatores impij velauerunt,

quæ-

quæſumus propter gratiam honorãdi nominis tui, tam copioſá bene ✠ dictionis tuæ ſuper his velaminibus infunde virtutem, quatenus famulam tuam illa gerentem, tibi ſubiectam in omnibus, & cuicumque tenetur ex ordine, quem aſſumit, efficiant, ne proprias virtutes, & bona concernens in gloriam elata deperdat, ſed in vera humilitate conſeruent, & obumbrent; Ab omni etiam oculos eius vanitate compeſcant. Demum turpiſſimæ mortis dulcis Sponſi ſui memoriam hoc viduitatis inditium ſępè mentis eius oculis repræſentet, ac radicibus cordis cõtinuè recolendam tenacius aſtringat: vt cum hac galea ſalutis, tanquam ſocia paſſionis tuæ, conſolationem tecum æternam, cum omni curia cæleſti ſemper valeat experiri. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus Sãcti Deus per omnia ſæcula ſæculorum ℟. Amen.

Benedictio Cinguli.

✠ Oremus.

Benedictio Cinguli.

OMnipotens, & miſericors Deus, qui peccatoribus pietatis tuæ miſericordiam quærentibus, veniam, & miſericordiam tribuiſti, oramus immenſam clementiã tuam, vt hunc Cingulũ bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris, vt hæc famula tua, quæ pro peccatis ſuis eo cincta fuerit, & miſericordiam implorauerit, veniam, & indulgentiam tuæ ſanctæ miſericordiæ conſequatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Benedictio Breuiarij. Oremus.

Breuiarij.

DOmine Ieſu Chriſte, qui Diſcipulos tuos orare docuiſti, ſuſcipe quæſumus bene ✠ dicendo orationes famulæ tuæ, & eam aſpirando præueni, & adiuuando proſequere, vt cuncta eius oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur. Qui viuis, & regnas Deus per omnia ſæcula

ſæ-

ſæculorum. ℟. Amen.

Benedictio Cãdelæ, ſeu Candelarum. *Benedictio Candelæ.*

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte lux vera, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum effunde bene ✠ dictionem tuam ſuper hunc cereum, & candelas, & ſancti ✠ fica, lumine gratiæ tuæ, & concede propitius, vt ſicut hæc luminaria, igne viſibili accenſa, nocturnas depellũt tenebras; ita cor huius famulæ tuæ inuiſibili igne Sancti Spiritus ſplendore illuſtratum omnium vitiorum cæcitate careat, & purgatæ mentis oculo, ea cernere poſſit, quæ tibi placita, & ipſius ſaluti ſunt vtilia; quatenus poſt huius ſæculi caliginoſa diſcrimina, ad lucem indeficientem peruenire mereatur; Per te Chriſte Saluator mundi. Qui in Trinitate perfecta viuis, & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

Sedet cum Mitra.

Diƈtis orationibus Veſtes, & omnia, ac ipſa Puella aſpergãtur aqua benediƈta, & adoleantur Incenſo. Deinde antequam deueniatur ad inciſionem Capillorum dicatur à Sacerdote ſubſequens Oratio.

Aſperſio Incenſatio.

Stans ſine Mitra.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

ORemus dileƈtiſſimi fratres, & ſorores Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum pro hac famula ſua, quæ ad deponendam comam capitis ſui pro eius amore feſtinat, vt donet ei Spiritũ Sanƈtum, qui habitum Religionis in ea perpetuo ſeruet, & à mundi impedimentis, & ſæcularibus deſiderijs, cor eius defendat; vt ſicut mutatur in capite, & vultu: ita dextera manus eius virtutis illi tribuat incrementũ; & ab omni cæcitate ſpirituali, & humana, oculos eius aperiat, ſibique æternæ gratiæ lumen infundat. Qui viuit, & regnat cum Deo Patre in vnitate eiuſdẽ

Spi-

Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℞. Amen.

Hic amotis capitis ornamentis incidãtur capilli, quibus inciſis, Nouitia accipiat Capillos in manibus ſuis, & alia Capitis ornaměta, & proijciědo illa dicat. Sedet cum Mitra. *Inciſio ac proiectio Capillorum.*

Ego abrenuntio mundo, & omnibus vanitatibus eius.

Deinde Sacerdos dicat.

℣. Dominus vobiſcum. Stans ſine Mitra.

℞. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

PRæſta quæſumus oīpotens Deus, vt hæc famula tua, quæ hodie comam capillorum capitis pro amore diuino depoſuit, in tua dilectione perpetuo maneat, & eam ſine macula in ſempiternum cuſtodias. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

Poſtea antequam exuatur veſtibus ſæcularibus dicatur à Sacerdote hæc oratio. Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus propitiare peccatis noſtris, & ab omni-

omni ſeruitute ſæcularis habitus hanc famulam tuam emunda, vt dum ignominiam ſæcularis habitus deponit, tua ſemper gratiá perfruatur, & tua virtute hæreditatem conſequi mereatur æternam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Sedet cum Mitra.

Hic exuatur, & dicat Sacerdos.

Exuitur.

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis, qui ſecũdum carnem natus eſt, vt renoueris ſpiritu mentis tuæ. ℟. Amen.

Proiectio Veſtis.

Tunc nouitia ~~accipiat veſtem ſæcularem~~, & proijciendo eam dicat.

Egõ abrenuntio mundo, & omnibus pompis eius.

Tenet in manu veſtem benedictam.

Deinde accipiat, ac teneat in manibus veſtem, ſeu Tunicã benedictam, & antequam ea induatur, Sacerdos dicat hanc orationem.

Oremus.

DEus indulgentiarum Pater, qui ſeueritatem tuæ diſtrictionis tẽ-

pe-

perans indulſiſti; ne filius portaret iniquitatem Patris: & qui mira diſpenſatione, etiam malis benè vtens, tuæ dignationis gratiam, per eos frequenter operaris, quæſumus clemētiam tuam, vt huic famulæ tuæ non obſiſtat, quod habitum Religionis per nos, tāta, ac tali rè indignos accipit; ſed myſterium, quod exterius per nos exhibetur, tu interius per donū ſancti Spiritus exequaris. Per Dominū noſtrum Ieſum Chriſtum filiū tuū, qui tecū viuit, & regnat in vnitate eiuſdē Spiritus ſancti Deus, per oīa ſęcula ſęculorū. ℟. Am̄.

Deinde Abbatiſſa induat eam veſte benedicta, & Sacerdos dicat.

Induat te Dominus nouū hominem, qui ſecundū Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis in Chriſto Ieſu Domino noſtro. ℟. Amen. *Induitur.*

Qua induta dicit Sacerdos. Stans ſine Mitra.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

O re-

Oremus.

DEus, qui per coeternum filium tuũ cuncta creaſti, quiquæ mundũ peccatis inueteratũ; per myſteriũ ſanctæ incarnationis eius renouare dignatus es; te ſuppliciter exoramus, vt eiuſdem Dñi noſtri gratia ſuper hác famulam tuam ſæculo abrenunciantem, clementer reſpicere digneris, vt in ſpiritu ſuæ mẽtis renouata, veterẽ hominem cũ actibus ſuis exuat, & nouũ, qui ſecundũ Deũ creatus eſt induere mereatur. Per eundem Dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuũ, qui tecum viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum.

℞ Amen.

Accipit Cingulum, & cingitur.

Deinde Nouitia accipiens in manu Cingulum, cingatur ab Abbatiſſa, & Sacerdos dicat.

Accipe Cingulum ſuper lũbos tuos, vt ſint lumbi tui præcincti in ſignũ temperãtiæ, & caſtitatis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. ℞ Amen.

Po-

Poſtea Sacerdos dicat. Oremus. Stans ſine Mitra.

DOmine Ieſu Chriſte qui es via, ſine qua nemo venit ad Patrẽ, quæ ſumus benigniſſimã clementiam tuam, vt hanc famulam tuam à carnalibus deſiderijs abſtractã, pariter per diſciplinæ regularis obſeruantiam deducas, & qui peccatores vocare dignatus es, dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos; præſta, vt hæc vox, inuitationis tuæ, ita in ea conualeſcat, quatenus peccatorum onera deponẽs. & quam dulcis es guſtans, tua refectione ſuſtentari mereatur, & ſicut atteſtari de tuis ouibus dignatus es, agnoſce eam inter oues tuas, vt ipſa te agnoſcat, vt alienũ non ſequatur, ſed te; neq; audiat vocẽ alienorũ, ſed tuam, qua dicis; qui mihi miniſtrat, me ſequatur. Qui viuis, &c.

Poſtmodum accipiẽs in manu Scapulare dicat Sacerdos. *Accipit ſcapulare.*

Mortifica Domine Ieſu Chriſte car-

nem huius famulæ tuæ, vt veſtimento humilitatis, & ſalutis circumdetur.

Induitur Scapulari.

Deinde Abbatiſſa induat eam Scapulari, dicens Sacerdos

Accipe habitum ſanctæ Monachalis Religionis in ſignum pœnitentiæ, & mortalitatis, vt mortua mundo, Deo viuas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. ℟. Amen.

Poſtea Sacerdos dicat hanc orõnem.

Stans ſine Mitra.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus miſericors, Deus clemens, cui cuncta bona placent, ſine quo nihil inchoatur, nihilque bonum perficitur; adſint noſtris humillimis pręcibus tuæ pietatis aures, & hanc famulam tuam, cui in tuo ſancto nomine ſacræ Monachalis Religionis habitum impoſuimus, à mundi impedimento, & ſæculari deſiderio defende; & concede ei, vt in hoc ſancto propoſito deuota perſiſtat; & remiſſione peccatorum

rum percepta, ad electorum tuorum conſortium peruenire valeat. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.

Poſtea accipiens in manu Velum, dicat Sacerdos. *Tenet Velum.*

Auerte Domine Ieſu Chriſte, & operi oculos ancillæ tuæ, ne videant vanitatem in corde ſuo; ſed te vitam æternam conſpiciat, & in omnibus actibus eius, ardenti dilectione perquirat. Qui viuis, & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. *Sedet cum Mitra:*

Deinde Abbatiſſa imponit Velum ſuper caput eius, & Sacerdos dicat. *Abbatiſſa inponit Velum:*

Accipe Velum ſuper caput tuum, inſignum obedientiæ, munditiæ, & puritatis; ſitque tibi corona aurea, gloriæ, & honoris, & opus fortitudinis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. ℟. Amen.

Poſtea dicat Sacerdos.

℣. Dominus vobiſcum. *Stans ſine Mitra.*

℟. Et cum ſpiritu tuo.

 Ore-

Oremus.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris, & hanc famulam tuam bene ✠ dicere digneris, in cuius capite in tuo ſancto nomine Velum candidum in ſignum puritatis, & munditię, ac in ſignum obedientiæ ſanctæ Religionis impoſuimus, vt te largiente, & deuota in Eccleſia tua perſiſtere; & vitam percipere mereatur æternam. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.

Deinde dicat Sacerdos.

Stans cum Mitra.

Veni Sponſa Chriſti, accipe Coronã, quã tibi Dñs daturus eſt in vitã ęternã.

Imponit Coronam.

Et accipiens Coronam Abbatiſſa imponit eam capiti eius.

Tenet Breuiarium.

Deinde tenens in manibus Pſalteriũ, & Pater noſter Sacerdos dicat.

Sedet cum Mitra.

Septies in die laudem dicat tibi Dñe Ieſu Chriſte, vt mentem ſuam ad cæleſtia erigens, tibi, qui es omnium in te credentium ſalus ſempiterna inhęreat. Qui viuis, & regnas per omnia ſæcula

ſæ-

ſæculorum. ℟. Amen.

Tunc tradat ei Pſalterium, & Pater noſter Sacerdos dicens. *Tradit Breuiarium.*

Accipe librum, ſeu ſignum orationũ, vt in hora contemplationis, contempta felicitate terrena præsẽtem vitam deſpicias, & in deſiderio futurá anhelans, cupias diſſolui, & eſſe cum Chriſto. In nomine Patris, & Filii, &c.

Deinde dicat Sacerdos. Stans ſine Mitra.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

PReces huius famulæ tuæ quęſumus Dñe clementer exaudias, & contra cuncta, ei aduerſantia dexterá tuæ maieſtatis extendas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Poſtea Nouitia accipit Crucem, oſculando eam, & Sacerdos dicat. *Accipit Crucem.*

Accipe nunc etiam ſoror Crucẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſuper eam pro te mori dignatus eſt: qui cum pretioſo ſanguine ſuo, te redemit, deſignátem Sedet cum Mitra.

tē paſſionem, & pęnitentiam; vt crucifixa mundo, vincas ſæculi vanitates, & poſt exitum præſentis vitæ ad cæleſtia gaudia cum ſanctis Virginibus peruenias. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Tenet Candelam. Poſtremo accipiens candelam dicat Sacerdos.

Domine Ieſu Chriſte, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina faciem tuam ſuper ancillam tuam, vt te verū lumen agnoſcat, & ardenti charitate diligat. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Traditur ei Candela. Deinde tradat ei candelam Sacerdos dicens.

Accipe candelam in manibus tuis, in ſignum ſupernę illuſtrationis, & inflammatæ charitatis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. ℟. Amen.

Stans ſine Mitra. ℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

O re-

Oremus.

DEus cui omne cor patet, & omnis volũtas loquitur, & quẽ nullũ latet ſecretum, purifica per infuſionẽ Sãcti Spiritus cogitationes cordis huius famulæ tuæ, vt te perfectè diligere, & dignè laudare mereatur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

His peractis Nouitia det candelam in manibus alterius Monialis, & proſtrata in terra Sacerdos flexis genibus dicat Hymnum

Proſtatur, & dicitur.

Veni Creator.



Veni cre a tor ſp i ritus
Mentes tuorum viſita,
Imple ſuperna gratia,
Quæ tu creaſti pectora.
Qui diceris paraclitus

Genuflexus ad primos Verſus ſine Mitra.

Surgens ſtat ſine Mitra.

Al-

Altiſſimi donum Dei,
Fons viuus, ignis, charitas,
Et ſpiritalis vnctio.
Tu ſeptiformis munere
Digitus Paternæ Dexteræ,
Tu rite promiſſum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen ſenſibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma noſtri corporis,
Virtute firmans perpeti.
Hoſtem repellas longius,
Pacemque dones protinus,
Ductore ſic te præuio,
Vitemus omne noxium.
Per te ſciamus da Patrem
Noſcamus, atque Filium,
Teque vtriuſque Spiritum
Credamus omni tempore.
Deo Patri ſit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In ſæculorum ſæcula. Amen.

Quo completo Sacerdos dicit.

Dicũtur flexis genibus.

℣. Emitte ſpiritũ tuum,& creabuntur.
℟. Et renouabis faciem terræ.
℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.
℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.
℣. Ora pro nobis B. Pater Benedicte.
℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.
℣. Ora pro nobis ſancta Cæcilia.
℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.
℣. Saluam fac ancillam tuam Dñe.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Stans ſine Mitra.

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da huic famulæ tuæ in eodem ſpiritu recta ſapere,& de eius ſemper conſolationẽ gaudere.

COncede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus, qui beatiſſimum Benedictum abſtractum à mundi turbinibus, tibi ſoli militare iuſſiſti, tribue quæſumus huic famulæ tuæ ſub eius magiſterio ad tuum ſeruitium feſtinanti perſeuerandi inſtantiam, & perfectá vſque in finem victoriam.

DEus, qui nos hodierna die beatæ Cæciliæ Virginis, & Martyris tuæ commemoratione lætificas: da, vt quam veneramur officio, etiam piæ conuerſationis ſequamur exemplo. Per Christum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Poſtea dicat ei Sacerdos.

Stans cum Mitra.

Conſurge ſoror cariſſima induere fortitudinem tuam; conſurge filia Hieruſa-

ſalem ſolue vincula colli tui filia Sion, quia melior eſt dies vna in atrijs Domini ſuper millia.

Deinde ſurgat, & recepta candela in manu, adhuc genuflexa dicat Sacerdos *Cõſurgit, ac recipit Candelam.*

℣. Domine exaudi orationem meam. *Stans ſine Mitra.*

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DOmine ſancte Spiritus, qui te Deum, ac Dñm reuelare mortalibus dignatus es, poſtulamus immenſam tuę pietatis gratiam, vt ſicut vbi vis ſpiras, ſic & huic famulæ tuæ affectum deuotionis indulgeas; & quoniam tua ſapientia eſt condita, tua quoque prouidentia gubernetur; quam iuxta conſuetam tibi gratiam, vnctio tua de omnibus doceat, & per interceſſionem beatiſſimi Patris Benedicti, quem pręcipuum hujus ſanctæ inſtitutionis legiſlatorē dediſti, necnon aliorum Sanctorum eam à vanitate ſæculi veraciter

COncede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus, qui beatiſſimum Benedictum abſtractum à mundi turbinibus, tibi ſoli militare iuſſiſti, tribue quæſumus huic famulæ tuæ ſub eius magiſterio ad tuum ſeruitium feſtinanti perſeuerandi inſtantiam, & perfectã vſque in finem victoriam.

DEus, qui nos hodierna die beatæ Cæciliæ Virginis, & Martyris tuæ commemoratione lætificas: da, vt quam veneramur officio, etiam piæ conuerſationis ſequamur exemplo. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Poſtea dicat ei Sacerdos.

Stans cum Mitra.

Conſurge ſoror cariſſima induere fortitudinem tuam; conſurge filia Hieruſa-

ſalem ſolue vincula colli tui filia Sion,
quia melior eſt dies vna in atrijs Domini ſuper millia.

Deinde ſurgat, & recepta candela in manu, adhuc genuflexa dicat Sacerdos

Cõſurgit, ac recipit Candelam.

℣. Domine exaudi orationem meam.

Stans ſine Mitra.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Domine ſancte Spiritus, qui te Deum, ac Dñm reuelare mortalibus dignatus es, poſtulamus immenſam tuę pietatis gratiam, vt ſicut vbi vis ſpiras, ſic & huic famulæ tuæ affectum deuotionis indulgeas; & quoniam tua ſapientia eſt condita, tua quoque prouidentia gubernetur; quam iuxta conſuetam tibi gratiam, vnctio tua de omnibus doceat, & per interceſſionem beatiſſimi Patris Benedicti, quem pręcipuum hujus ſanctæ inſtitutionis legiſlatorē dediſti, necnon aliorum Sanctorum eam à vanitate ſæculi veraciter

 con-

conuerte, & ſicut es omnium peccatorum remiſſio, deprimentes impietatis obligationes in ea diſſolue, & ad obſeruantiam huius ſancti propoſiti, fac eam certantem ſeruerè, & in tribulationibus, & in anguſtijs, tua indeficiente cõſolatione valeat reſpirare, & iuſtè, & piè, per veram humilitatem, atque obedientiam in fraterna charitate fundata, quod te donante cupit, felici perſeuerantia compleat. Quod ipſe præſtare digneris: qui cum Patre, ſanctoque vnigenito filio eius Dño noſtro Ieſu Chriſto viuis, & gloriaris Deus per infinita ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Sedet cum Mitra.

Hic immutatur nomen Nouitiæ, & hortatur ad perſeuerantiam.

Deinde benedicendo eam, dicat Sacerdos.

Stans cum Mitra, & Paſt.

Benedictio Dei Oĩpotentis Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ Sancti deſcendat ſuper te, & maneat ſemper.

℟. Amen.

Et ſtatim cantetur hymnus.



Te Deum lau da mus: Stans ſine Mitra.

Te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem: omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli: tibi cæli, & vniuerſæ poteſtates.

Tibi Cherubim, & Seraphim: inceſſabili voce proclamant.

Sanctus,

Sanctus,

Sanctus: Dominus Deus ſabaoth.

Pleni ſunt cæli, & terra: maieſtatis gloriæ tuæ.

Te glorioſus Apoſtolorum chorus.

Te Prophetarũ laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum: ſancta confitetur Eccleſia.

Patrem immenſæ maieſtatis.
Venerandum tuum verum, & vnicum Filium.
Sanctum quoque paraclitum Spiritũ.
Tu Rex gloriæ Chriſte.
Tu Patris ſempiternus es Filius.
Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem: non horruiſti virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo: aperuiſti credentibus regna cælorum.
Tu ad dexteram Dei ſedes: in gloria Patris.
Iudex crederis eſſe venturus.
Genuflectit. Te ergo quæſumus tuis famulis ſubueni: quos pretioſo ſãguine redemiſti.
Aeterna fac cum ſanctis tuis: gloria munerari.
Saluum fac populum tuum Domine: & benedic hæreditati tuæ.
Et rege eos: & extolle illos vſque in æternum.
Per ſingulos dies benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in ſæcu-

lum:

lum : & in ſæculum ſæculi.

Dignare Domine die iſto: ſine peccato nos cuſtodire.

Miſerere noſtri Dñe : miſerere noſtri.

Fiat miſericordia tua Dñe ſuper nos: quemadmodum ſperauimus in te.

In te Domine ſperaui : non confundar in æternum.

Et dum cantatur, Nouitia recipitur ab Abbatiſſa, & alijs Monialibus ad oſculum Pacis.

LAVS DEO.

MODVS ADMITTENDI AD PROFESSIONEM.

COmpleto probationis Anno, ſi Nouitia fuerit ætatis legitimæ emittendi Profeſſionem, videlicet, expleuerit annum decimum ſextum, & Sacerdos ſit celebraturus; ſtatim completa Miſſa venit Nouitia cum Abbatiſſa ad gratam ferream ante Sacerdotem, & genuflexa, capite aliquantulum inclinato, Sacerdos paratus, ſaltem ſuperpelliceo, & Stola, incipit benedicere indumenta, & velamina, hoc modo.

Epiſcopus ſtans ſine Mitra. ℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.

Benedictio Indumẽtorũ. ℟. Et ſalutare tuum da nobis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui tegumen noſtræ mortalitatis induere dignatus es, obſecramus immenſam tuæ largitatis abundantiam, vt hoc genus veſtimenti, quod Sancti Patres ad innocentiæ, & humilitatis indicium abrenunciantes ſæculo ferre ſanxerunt: Tu ita bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris, vt hæc famula tua, quæ hoc induta fuerit indumento: te quoque induere mereatur. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus Sácti Deus, per omnia ſæcula ſæculorũ.

℟. Amen. Oremus.

DEus æternorum bonorum promiſſor, & certiſſime perſolutor,

qui

qui fidelibus tuis veſtimentum ſalutis, & indumentum lætitiæ promiſiſti, clementiam tuam humiliter expoſcimus, vt hęc indumenta humilitatem cordis, & contemptum mundi ſignificantia, quibus famula tua ſancto viſibiliter eſt informanda propoſito, propitius bene✠dicas, & beatæ profeſſionis habitum, quem te inſpirāte ſuſcipit, te protegēte cuſtodiat: & quam veſtibus venerandæ Religionis induis, temporaliter beata facias immortalitate veſtiri, Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℞. Amen. Oremus.

DOmine Deus bonarum virtutū dator, & omnium bonorum largitor, ac infuſor, te enixis precibus deprecamur, vt has veſtes, bene✠dicere & ſancti✠ficare digneris, quas famula tua pro inditio agnoſcendæ Religionis induere cupit, vt inter reliquas ſorores tibi cognoſcatur dicata. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiū

tuum, qui tecum viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Benedictio Velaminum. Oremus.

Benedictio Velaminum.

SVpplicitèr te Domine rogamus, vt ſuper has veſtes capiti famulæ tuę imponendas, bene ✠ dictio tua benigna deſcendat, & ſint hæ veſtes benedictæ, immaculatæ, & ſanctę pręſentis ancillæ tuæ. Per Chriſtum Dominũ noſtrum. ℟. Amen. Oremus.

CAput omnium fidelium Deus, & totìus corporis ſaluator, hęc operimenta velaminum, quæ famula tua, propter tuum, tuæque genitricis Virginis Mariæ amorem ſuo capiti eſt impoſitura, dextera tua ſanctifica; & quod per illa, miſticè datur intelligi, tua ſemper cuſtodia corpore pariter, & animo incontaminato cuſtodiat; vt quando ad remunerationem perpetuam ſanctorum, cum prudentibus, & ipſa Virginibus pręparata aduenerit; te perducente ad ſempiternæ fęlicitatis nuptias

tias introire mereatur. Qui viuis, & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorũ.
℟. Amen.

Quibus completis Nouitia, ac ipſa indumenta aſpergantur aqua benedicta, & adoleantur incenſo. Deinde genuflexa legat ſuam profeſſionem, quæ ita ſe habeat. Sedet cum Mitra. *Aſperſio Incenſatio.*

N el nome di Noſtro Signor Gieſù Chriſto. Amen.

NEll' Anno N. alli N. del meſe N. Io Suor N chiamata nel ſecolo N. figliuola delli Sig. NN. faccio voto, profeſſione, & prometto à Dio Onnipotente, alla beata Vergine Maria, al beato Padre ſãt' Agoſtino, & à tutti li Santi, & à voi Reuer. Padre, in luogo dell'Eminẽtiſſimo, & Reuerendiſſimo Sig. Card. N. noſtro Protettore; & à voi Reuer. Madre Abbadeſſa, & ad ogni altra voſtra legitima Succeſſora, Obedientia, Pouertà, & Caſtità, con perpetua clauſura, ſotto la *Genuflexa legat Profeſſionem.*

Re-

Regola del Beatiſſimo Padre ſant' Agoſtino, & ſecondo le Conſtitutioni del noſtro Monaſterio di ſanta Marta. Deo gratias. Amen.

Offert, & ſignat Profeſſionem ſigno †.

Qua lecta offerat eam ſuper Altare, illud oſculando, ac ſignum Crucis in ea manu propria imprimendo. Poſtea manente ea genuflexa dicat Sacerdos.

Stans ſine Mitra.

O remus Fratres, & Sorores chariſſimi, vt quod Soror iſta ore profeſſa eſt, opere feliciter compleat, auxiliante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum.

Sedet cum Mitra.

℟. Amen.

Dicit ter pſallendo, & genuflectendo.

Tunc illa dicat ter hunc verſum in modum pſallendi, & faciendo tres genuflexiones.

S uſcipe me Domine ſecundum eloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab expectatione mea.

Et Chorus reſpondet ter eundem verſum, addito vltimæ reſponſioni.

G lo-

Digitized by Google

Gloria Patri,& Filio,& Spiritui ſancto.
Sicut erat in principio,& nunc,& ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Deinde genuflectit Sacerdos, & illa proſtrata dicuntur Litaniæ.

Procumbit cum Mitra.

Sacerdos genuflexus illa proſtrata dicuntur Litaniæ.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de Cælis Deus. miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus. miſ.
Spiritus Sancte Deus. miſ.
Sancta Trinitas vnus Deus. miſ.
Sancta MARIA. ora pro nobis.
Sancta DEI genitrix. ora.
Sancta Virgo Virginum. ora.
Sancte Michael. ora.
Sancte Gabriel. ora.
Sancte Raphael. ora.
Omnes Sancti Angeli, & Archangeli. orate.
Omnes Sancti beatorum ſpirituum ordines. orate.

Sancte Ioannes Baptiſta: ora.
Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetæ. orate.
Sancte Petre. ora.
Sancte Paule. ora.
Sancte Andrea. ora.
Sancte Iacobe. ora.
Sancte Ioannes. ora.
Sancte Thoma. ora.
Sancte Iacobe. ora.
Sancte Philippe. ora.
Sancte Bartholomæe. ora.
Sancte Matthæe. ora.
Sancte Simon. ora.
Sancte Thadæe. ora.
Sancte Matthia. ora.
Sancte Barnaba. ora.
Sancte Luca. ora.
Sancte Marce: ora.
Omnes Sancti Apoſtoli, & Euangeliſtæ. orate.
Omnes Sancti Diſcipuli Dñi. orate.
Omnes Sancti Innocentes. orate.

Sancte Stephane. ora.
Sancte Laurenti. ora.
Sancte Vincenti. ora.
Sancti Fabiane, & Sebaſtiane orate.
Sancti Ioannes, & Paule. orate.
Sancti Coſma, & Damiane. orate.
Sancti Geruaſi, & Protaſi. orate.
Omnes ſancti Martyres. orate.
Sancte Silueſter. ora.
Sancte Gregori. ora.
Sancte Ambroſi. ora.
Sancte Auguſtine. ora.
Sancte Hieronyme. ora.
Sancte Martine. ora.
Sancte Nicolae. ora.
Omnes ſancti Pontifices, & Confeſſores. orate.
Omnes ſancti Doctores. orate.
Sancte Benedicte. ora.
Sancte Antoni. ora.
Sancte Bernarde. ora.
Sancte Dominice. ora.
Sancte Franciſce. ora.

Omnes sācti Sacerdotes, & Leuitæ. orate.
Omnes sācti Monachi, & Eremitę. orate.
Sancta Maria Magdalena. ora pro nobis.
Sancta Agatha. ora.
Sancta Lucia. ora.
Sancta Agnes. ora.
Sancta Cæcilia. ora.
Sancta Catharina. ora.
Sancta Anaſtaſia. ora.
Omnes ſanctæ Virgines, & Viduæ. orate.
Omnes Sancti, & Sanctę Dei, intercedite pro nobis.
Propitius eſto, parce nobis Domine.
Propitius eſto, exaudi nos Domine.
Ab omni malo, libera nos Domine.
Ab omni peccato. lib.
Ab ira tua. lib.
A ſubitanea, & improuiſa morte. lib.
Ab inſidijs diaboli. lib.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate. lib.
A ſpiritu fornicationis. lib.

A ſulgure, & tempeſtate. lib.
A morte perpetua. lib.
Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ. lib.
Per aduentum tuum. lib.
Per natiuitatem tuam. lib.
Per baptiſmum, & ſanctum jejunium tuum. lib.
Per crucem, & paſſionem tuam. lib.
Per mortem, & ſepulturam tuam. lib.
Per ſanctam reſurrectionem tuam. lib.
Per admirabilem aſcenſionem tuá. lib.
Per aduētū Spiritus ſácti paracliti. lib.
In die iudicij. lib.
Peccatores. te rogamus audi nos.
Vt nobis parcas. te rog.
Vt nobis indulgeas. te rog.
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris. te rog.
Vt Eccleſiam tuam ſanctam regere, & conſeruare digneris. te rog.
Vt Dominum Apoſtolicum, & omnes Eccleſiaſticos ordines in ſácta Reli-

V t præſentem ancillam tuam in ſanctæ Religionis profeſſione confirmare digneris. te rog. Stans cum Mitra.

V t eam in ſanctæ Religionis propoſito ſtabilire digneris. te rog.

V t eam in ſanctæ tuæ Religionis ſeruitio bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris. te rog.

Deinde genuflectit Sacerdos, & illa adhuc proſtrata reaſſumuntur Litanię. Proc. cum Mitra.

V t nos exaudire digneris. te rog.

F ili Dei. te rog. Genuflectit Sacerdos.

A gnus Dei, qui tollis peccata mundi. Parce nobis Domine.

A gnus Dei, qui tollis peccata mundi. Exaudi nos Domine.

A gnus Dei, qui tollis peccata mundi. Miſerere nobis.

C hriſte audi nos. C hriſte exaudi nos.

K yrie eleiſon. C hriſte eleiſon.

K yrie eleiſon. P ater noſter. ſecr.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

℣. Do-

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
Surgit. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Stans ſine Mitra.

DEus indulgentiarum Pater, qui ſeueritatem tuæ diſtrictionis tẽperans indulſiſti, ne filius portaret iniquitatem patris; & qui mira diſpenſatione, etiam malis benè vtens, tuæ dignationis gratiam per eos frequenter operaris: quæſumus clementiam tuam, vt huic famulæ tuæ non obſiſtat, quod habitum Religionis per nos tanta, ac tali re indignos accipit; ſed myſterium Religionis, quod per nos exterius exhibetur, tu interius per donum ſancti Spiritus exequaris. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiuſdẽ Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. Oremus.

DEus, qui per coæternum filium tuum cuncta creaſti; quique mũ-

dum

dum inueteratum per myſterium incarnationis eius renouare dignatus es, te ſuppliciter exoramus, vt eiuſdem Domini noſtri gratia ſuper hanc famulam tuam abrenunciationē ſæculi profitentem clemēter reſpicere digneris, per quam in ſpiritu mentis ſuę renouata, veterem hominem cum actibus ſuis exuat, & nouum, qui ſecundum Deum creatus eſt induere mereatur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrū.
℟. Amen. Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui es via, ſine qua nemo venit ad Patrem: quæſumus benigniſſimam clementiam tuam, vt hanc famulam tuam à carnalibus deſiderijs abſtractam per iter diſciplinæ regularis deducas: vt qui peccatores vocare dignatus es, dicēs: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos: præſta, vt hæc vox inuitationis tuæ, ita in ea conualeſcat, quatenus onera peccato-

rum deponens, & quã dulcis es guſtás, tua refectione ſuſtentari mereatur, & ſicut atteſtari de ouibus tuis dignatus es, agnoſce eam inter oues tuas, vt ipſa te agnoſcat: vt alienum non ſequatur, ſed te: neque audiat vocem alienorũ, ſed tuam, qua dicis: qui mihi miniſtrat, me ſequatur. Qui viuis, & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℞. Amen. Oremus.

SAncte ſpiritus, qui mortalibus te Deum, ac Dominum reuelare dignatus es, immenſam tuæ pietatis gratiam poſtulamus, vt ſicut vbi vis ſpiras; ſic, & huic famulæ tuæ affectum deuotionis indulgeas: & quoniam ſapientia tua eſt condita, tua quoque prouidẽtiã gubernetur; quam iuxta tibi conſuetá gratiá vnctio tua de omnibus doceat, & per interceſſionem beatiſſimi Patris noſtri Benedicti, quem præcipuum huius ſanctæ inſtitutionis legiſlatorem dediſti, necnon, & aliorum Sanctorum,

ad

ad quorum nomina petitionem facit, fac eam à vanitatibus ſæculi veraciter conuerti, & ſicut es omnium peccatorum remiſſio, deprimentes impietatis obligationes in ea diſſolue, & ad obſeruantiam huius ſancti propoſiti fac eam certatim feruère: vt in tribulationibus, & in anguſtijs tua indeſinenti cõſolatione valeat reſpirare, & iuſtè, & piè per veram humilitatẽ, atque obedientiam in fraterna charitate fundata, quod te donante hodie promittit, felici perſeuerantia compleat. Qui cum Deo Patre, & Filio viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

His completis Nouitia erigit ſe, & Abbatiſſa incipit induere eam veſtibus benedictis, dicens Sacerdos. *Induitur Veſtibus benedictis.*

Induat te Dominus nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Sedet cum Mitra.

Poſtea Abbatiſſa imponat velum ſuper caput eius, dicens Sacerdos. Imponitur Velum.

 Acci-

Accipe virgo velamen ſacrum, quod perferas ſine macula ante tribunal æterni Iudicis, cui flectitur omne genu cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, quo cognoſcaris mundum cōtempſiſſe, & te Ieſu Chriſto veraciter, humiliterque toto cordis enixu ſponſam perpetualiter ſubdidiſſe, qui te ab omni aduerſitate defendat, & ad vitam æternam perducat. ℟. Amen.

Imponitur etiam Corona.

Et ſuper Velū imponitur, etiam Corona. Deinde accipiens Pater noſter, & pſalterium in manu, Sacerdos dicat.

Tenet Breuiarium.

Septies in die laudem dicat tibi Domine Ieſu Chriſte, vt mentem ſuam ad cæleſtia erigens: tibi, qui es omnium in te credentium ſalus ſempiterna inhæreat. Qui viuis, & regnas per omnia ſecula ſæculorum. ℟. Amen.

Tunc tradat ei Pater noſter, & pſalterium Sacerdos dicens.

Tradit Breuiarium.

Accipe librum, ſeu ſignum orationū, vt in hora contemplationis cōtempta

feli-

ęlicitate terrena, pręſentem vitam deſpicias, & in deſiderio futuram anhelás; cupias diſſolui, & eſſe cum Chriſto. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſãcti.

℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum. — Stans ſine Mitra.

℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

PReces huius famulæ tuæ; quæſumus Domine clemẽter exaudias, & contra cuncta ei aduerſantia dexterã maieſtatis tuæ extendas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Poſtremo accipiat Candelam in manu, & Sacerdos dicat. — *Tenet Candelam.*

DOmine Ieſu Chriſte, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina faciem tuam ſuper ancillam tuam, vt te verum lumen agnoſcat, & ardenti charitate diligat. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Deinde tradat ei Candelam, Sacerdos dicens. — Traditur ei Candela.

Sedet cum Mitra.

Accipe Candelam in manibus tuis, in ſignum ſupernę illuſtrationis, & inflammatæ charitatis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. ℟. Amen.
℣. Dominus vobiſcum.

Stans ſine Mitra.

℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum, purifica per infuſionem ſancti Spiritus cogitationes cordis huius famulæ tuæ, vt te perfectè diligere, & dignè laudare mereatur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus sãcti Deus per omnia ſęcula ſæculorum. ℟. Amen.

Qua induta, & velata dicat ipſa.

Sedet cum Mitra.

Poſuit ſignum in faciem meam, vt nullum præter eum amatorem admittam; Induit me cyclade auro contexta, & immenſis monilibus ornauit me; oſtendit mihi theſauros incõparabiles, quos

mihi

mihi ſe daturum, ſi in eo perſeuerauero repromiſit.

His per actis Nouitia dat Candelam in manibus alterius Monialis: & proſtrata in terram, iacet ſuper vnum latus ante Altare ſuper pallio nigro ibidem, preparato, & extenſo: & cum alio ſimiliter nigro cooperiatur, cum duobus Cereis accenſis ad caput, & ad pedes poſitis: in ſignum, vt viuat mortua, & moriatur viua.

Dat Candelā Alteri Iacet. ſuper Pallio nigro cum Cereis.

Deinde Sacerdos genuflexus ſtatim incipit Hymnum.

Sacerdos genuflexus dicit.



Veni Creator.

Veni cre a tor S pi ritus,
Mentes tuorum viſita:
Imple ſuperna gratia,
Quæ tu creaſti pectora.
Qui diceris paraclitus
Altiſſimi domum Dei,
Fons viuus, ignis charitas,

Genuflexus ad primos verſus ſine Mitra.

Surgens ſtat ſine Mitra.

Et

Et ſpiritalis vnctio.
T u ſeptiformis munere
Digitus Paternæ Dexteræ,
Tu rite promiſſum Patris;
Sermone ditans guttura.
A ccende lumen ſenſibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma noſtri corporis,
Virtute firmans perpeti.
H oſtem repellas longius,
Pacemque dones protinus,
Ductore ſic te præuio,
Vitemus omne noxium.
P er te ſciamus da Patrem
Noſcamus, atque Filium,
Teque vtriuſque Spiritum
Credamus omni tempore.
D eo Patri ſit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In ſæculorum ſæcula. Amen.

Quo finito dicit Sacerdos.

Dicuntur flexis genibus: ℣. Emitte ſpiritum tuũ, & creabuntur.

℟. Et

℟. Et renouabis faciem terræ.
℣. Oſtēde nobis dn̄e miſericordiā tuā.
℟. Et ſalutare tuum da nobis.
℣. Saluam fac ſeruam tuam.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Mitte ei Domine auxiliū de ſancto.
℟. Et de Syon tuere eam.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Stans ſine Mitra. *Sacerdos ſurgat.*

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da huic famulæ tuæ in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Ore-

Oremus.

PRęſta quęſumus omnipotēs Deus, huic famulæ tuæ, cuius capiti velum nigrum ſacræ mortificationis inſigne, te inſpirante tradidimus; vt in tua dilectione perpetuo maneat, & eā ſine macula vſque in finem cæleſti benedictione cuſtodias.

FAmulam tuam Domine cuſtodia tuæ muniat pietatis, vt virginitatis ſanctæ propoſitū; quod te inſpirāte ſuſcepit, te protegēte illæsū cuſtodiat.

DA quæſumus omnipotēs Deus, vt hæc famula tua, quæ pro ſpe retributionis æternæ, tibi Dño Deo deſiderat cōſociari, plena fide, animoque in Sancto propoſito permaneat; tribue ei Domine humilitatem, caſtitatem, obedientiam, charitatem, bonorum operum quātitatem, vt ad meritum æternæ gloriæ poſſit peruenire.

TE inuocamus Sanctæ Pater omnipotēs æternæ Deus ſuper hāc

fa-

famulam tuã, quæ tibi nouit pura mente, mũdòque corde ſeruire, vt eam ſociare digneris inter illa centum quadraginta millia, qui virgines permanſerũt, in quorum ore dolus non eſt inuentus, & facias permanere immaculatam vſque in finẽ. Per immaculatum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. Oremus.

ADeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus: & quibus fiduciã ſperandæ pietatis indulges; intercedẽte beato Benedicto Abbate cõſuetę miſericordiæ tuæ tribue benignus effectum.

DEus, qui nos hodierna die beatæ Cæciliæ Virginis, & martyris tuę commemoratione lætificas: da, vt quam veneramur officio, etiam pię conuerſationis ſequamur exemplo. Per Chriſtnm Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Completis orationibus antequã dicat Sacerdos Surge, quæ dormis, &c. pul- *Pulſantur Campane.*

 ſan-

ſantur Campanæ, more deſunctorum.

Deinde dicat ei Sacerdos.

S urge, quæ dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.

Surgit, recipit Cãdelam, & Crucem.

Tunc ipſa ſurgat, & accipiat Candelã, Poſtea accipit Crucem oſculando eã, & Sacerdos dicit.

A ccipe nunc etiam ſoror Crucem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſuper ea pro te mori dignatus eſt: qui cum pretioſo ſanguine ſuo te redemit, deſignantem paſſionem; & pœnitentiam, vt crucifixa mundo vincas ſæculi vanitates, & poſt exitum præſentis vitæ ad cęleſtia gaudia cum Sanctis Virginibus peruenias. Per eundẽ Chriſtum Dñm noſtrũ. ℟. Amẽ.

Stans cum Mitra.

Poſtremo Sacerdos benedicat eam dicens.

Benedicitur.

B enedictio Dei omnipotẽtis, Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti deſcendat ſuper te, & maneat ſemper. ℟. Amen.

Tunc

Tunc cantetur Hymnus.



Te Deum lau da mus:

Te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem. omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, tibi cæli, & vniuerſæ poteſtates,

Tibi Cherubim, & Seraphim: inceſſabili voce proclamant.

Sanctus,

Sanctus,

Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.

Pleni ſunt cæli, & terra: maieſtatis gloriæ tuæ.

Te glorioſus Apoſtolorum Chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te martyrū cādidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum: ſancta confitetur Eccleſia.

Patrem immenſæ maieſtatis,

Stans ſine Mitra.

Dignare Domine die iſto: ſine peccato nos cuſtodire.

Miſerere noſtri Dñe: miſerere noſtri.

Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos: quemadmodum ſperauimus in te.

In te Domine ſperaui: non confundar in æternum.

Et dum cantatur, Nouitia recipitur ab Abbatiſſa, & alijs Monialibus ad oſculum pacis. *Recipitur ad oſculum pacis*

Poſtea aſſignetur ei locus in vltimo Profeſſarum gradu. *Aſſignetur locus.*

LAVS DEO.

S. Z. C. F. C.

IN-

Sedet cum Mitra.

Accipe Candelam in manibus tuis, in ſignum ſupernę illuſtrationis, & inflammatæ charitatis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum.

Stans ſine Mitra.

℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum, purifica per infuſionem ſancti Spiritus cogitationes cordis huius famulæ tuæ, vt te perfectè diligere, & dignè laudare mereatur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti Deus per omnia ſęcula ſæculorum. ℟. Amen.

Qua induta, & velata dicat ipſa.

Sedet cum Mitra.

Poſuit ſignum in faciem meam, vt nullum præter eum amatorem admittam; Induit me cyclade auro contexta, & immenſis monilibus ornauit me; oſtendit mihi theſauros incõparabiles, quos

mihi

mihi ſe daturum, ſi in eo perſeuerauero repromiſit.

His per actis Nouitia dat Candelam in manibus alterius Monialis: & proſtrata in terram, iacet ſuper vnum latus ante Altare ſuper pallio nigro ibidem preparato, & extenſo: & cum alio ſimiliter nigro cooperiatur, cum duobus Cereis accenſis ad caput, & ad pedes poſitis: in ſignum, vt viuat mortua, & moriatur viua.

Dat Candelã Alteri Iacet. ſuper Pallio nigro cum Cereis.

Deinde Sacerdos genuflexus ſtatim incipit Hymnum.

Sacerdos genuflexus dicit.



Veni Creator.

Veni cre a tor S pi ritus,
Mentes tuorum viſita:
Imple ſuperna gratia,
Quæ tu creaſti pectora.
Qui diceris paraclitus
Altiſſimi domum Dei,
Fons viuus, ignis charitas,

Genuflexus ad primos verſus ſine Mitra.

Surgens ſtat ſine Mitra.

Et

Et ſpiritalis vnctio.
T u ſeptiformis munere,
Digitus Paternæ Dexteræ,
Tu rite promiſſum Patris,
Sermone ditans guttura.
A ccende lumen ſenſibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma noſtri corporis,
Virtute firmans perpeti.
H oſtem repellas longius,
Pacemque dones protinus,
Ductore ſic te præuio,
Vitemus omne noxium.
P er te ſciamus da Patrem,
Noſcamus, atque Filium,
Teque vtriuſque Spiritum
Credamus omni tempore.
D eo Patri ſit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In ſæculorum ſæcula. Amen.

Quo finito dicit Sacerdos.

Dicuntur flexis genibus: ℣. Emitte ſpiritum tuũ, & creabuntur.

℟. Et

℟. Et renouabis faciem terræ.

℣. Oſtēde nobis dn̄e miſericordiā tuā.

℟. Et ſalutare tuum da nobis.

℣. Saluam fac ſeruam tuam.

℟. Deus meus ſperantem in te.

℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in ea.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Mitte ei Domine auxiliū de ſancto.

℟. Et de Syon tuere eam.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Stans ſine Mitra. Sacerdos ſurgat.

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da huic famulæ tuæ in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Ore-

Oremus.

PRęſta quęſumus omnipotēs Deus, huic famulæ tuæ, cuius capiti velum nigrum ſacræ mortificationis inſigne, te inſpirante tradidimus; vt in tua dilectione perpetuo maneat, & eā ſine macula vſque in finem cæleſti benedictione cuſtodias.

FAmulam tuam Domine cuſtodia tuæ muniat pietatis, vt virginitatis ſanctæ propoſitū; quod te inſpirāte ſuſcepit, te protegēte illaſū cuſtodiat.

DA quæſumus omnipotēs Deus, vt hæc famula tua, quæ pro ſpe retributionis æternæ, tibi Dño Deo deſiderat cōſociari, plena fide, animoque in Sancto propoſito permaneat; tribue ei Domine humilitatem, caſtitatem, obedientiam, charitatem, bonorum operum quātitatem, vt ad meritum æternæ gloriæ poſſit peruenire.

TE inuocamus Sanctæ Pater omnipotēs æternæ Deus ſuper hāc

fa-


famulam tuã, quæ tibi nouit pura mente, mũdòque corde ſeruire, vt eam ſociare digneris inter illa centum quadraginta millia, qui virgines permanſerũt, in quorum ore dolus non eſt inuentus, & facias permanere immaculatam vſque in finẽ. Per immaculatum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. ℞. Amen. Oremus.

ADeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus: & quibus fiduciã ſperandæ pietatis indulges; intercedẽte beato Benedicto Abbate cõſuetę miſericordiæ tuæ tribue benignus effectum.

DEus, qui nos hodierna die beatæ Cæciliæ Virginis, & martyris tuę commemoratione lætificas: da, vt quam veneramur officio, etiam pię conuerſationis ſequamur exemplo. Per Chriſtnm Dominum noſtrum. ℞. Amen.

Completis orationibus antequã dicat Sacerdos Surge, quæ dormis, &c. pul- *Pulſantur Campane.*

Tunc cantetur Hymnus.



Te Deum lau da mus: Stans ſine Mitra.

Te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem. omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, tibi cæli, & vniuerſæ poteſtates,

Tibi Cherubim, & Seraphim: inceſſabili voce proclamant.

Sanctus,

Sanctus,

Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.

Pleni ſunt cæli, & terra: maieſtatis gloriæ tuæ.

Te glorioſus Apoſtolorum Chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te martyrũ cãdidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum: ſancta confitetur Eccleſia.

Patrem immenſæ maieſtatis,

Dignare Domine die iſto: ſine peccato nos cuſtodire.

Miſerere noſtri Dñe: miſerere noſtri.

Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos: quemadmodum ſperauimus in te.

In te Domine ſperaui: non confundar in æternum.

Et dum cantatur, Nouitia recipitur ab Abbatiſſa, & alijs Monialibus ad oſculum pacis. *Recipitur ad oſculum pacis*

Poſtea aſſignetur ei locus in vltimo Profeſſarum gradu. *Aſſignetur locus.*

LAVS DEO.

S. Z. C. F. C.

IN-

INDEX RERVM.

...iò Candelæ. fol. 19
Cinguli. 18
Indumentorum Nouitiæ. 13
Profeſſæ. 42
Pſalterij, ſeu Breuiarij. 18
Scapularis. 16
Velaminum. 44
Veli Albi. 16
Formula Profeſſionis. 45
Litaniæ. 6. 47
Modus Conferendi Habitum. 5
Aſsiſtendi D... 4...

Per l'elettione dell'Abbadeſſa.

ARriuato il tempo determinato per fare l'elettione dell'Abbadeſſa, cõuocate Capitolarmente tutte le Monache, alla preſenza dell'Emin.^{mo} lor Protettore, ò d'altro in loco ſuo, l'Abbadeſſa, che douerà vſcir d'offitio, ſe le preſentarà auanti, doue inginocchiataſi, cõ ſommiſſione dirà la ſua colpa de mancamẽti, e difetti commeſſi nel tempo del ſuo gouerno: & in mano di eſſo raſſegnerà l'offitio con le chiaui del Monaſterio, Sigillo, e Regola.

Capitolarmẽte ſi conuocano le Monache.

Il modo di dir la colpa, e raſſegnar l'offitio potrà eſſere,

Confeſſo Emin.^{mo} Signore, & Reuerende mie Madri, e Sorelle, che in queſto tempo ho eſercitato, indegnamente l'offitio d'Abbadeſſa, ho commeſſo molti difetti, e mancamenti, sì nel temporale; come nel ſpirituale: non hò hauuto nel gouerno del Monaſterio quella diligen-

L'Abbadeſſa dice la colpa.

za, carità, & eſemplarità, che doueuo: ne domando humilmente perdono al Sig. Iddio; ne dico mia colpa à Voſtr'Emin.[za], & à voi tutte Reuerēde Madri, e ſorelle.

Ri'de l'offitio. Raſſegno nelle ſue mani l'offitio, che ſi aſpetta all'Abbadeſſa, e le conſegno le chiaui del Monaſterio, il Sigillo, e la Regola del ſantiſs. noſtro Padre Benedetto. ſupplicandola à far elettione di perſona più ſufficiente di me, per ſupplire à quello, ch'io ho mancato: & à darmene qualche penitenza.

Chiede la penitenza.

All'hora l'Emin.[mo], ò altro in ſuo loco potrà dirli qualche coſa, ſecōdo le occorrērà; e per penitenza le potrà dar qualche coſa leggiera, come dire vna Salue, il Deprofundis, baciar tre volte la terra, e ſimili: e poi con più commodità farli recitare vna volta li Salmi Penitentiali, ò l'offitio de' Morti. ò il Roſario, ſecondo li parerà bene: e ciò dettoli, la manderà a ſedere al luogo ſuo.

S'eſortano le Monache. Succeſſiuamente eſorterà tutte le Monache

nache

nache ad auuertire nell'eleggere l'Abbadeſſa, che ciaſcheduna elegga quella, cõforme la propria conſciẽza le detta; che hauerà conoſciuto eſſere più atta, & vtile per il gouerno del Monaſt. & poi dirli.

Quelle, che non hanno voce in Capitolo, potranno andare in Choro a far oratione per la buona elettione. *Si licentiaro le non vocali.*

Rimaſte dunque ſolo le Monache vocali, s'inginocchieranno tutti, inuocando l'aiuto dello Spirito ſanto, cominciando l'Emin.[mo], ò altro in ſuo luogo.

Veni creator Spiritus. fol. 31. & 61. *Veni creator Spiritus.*

Qual finito dirà.

℣. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur.

℟. Et renouabis faciem terræ.

℣. Memento Congregationis tuæ.

℟. Quam poſſediſti ab initio.

℣. Domine non ſecundum peccata noſtra facias nobis.

℟. Neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Oſtēde nobis Dñe miſericordiā tuam.
℟. Et ſalutare tuum da nobis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

MEntes noſtras, quæſumus Dñe, lumine tuæ claritatis illuſtra: vt videre poſſimus, quæ agenda ſunt: & quæ recta ſunt agere valeamus.

DEus, qui ſalutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fęcūda, humano generi pręmia præſtitiſti: tribue quæſumus, vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere Dominū noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum.

INtercesſio nos, quæſumus Dñe, beati Benedicti Abbatis commendet: vt quod noſtris meritis non valemus, eius patrocinio aſſequamur.

Deus,

DEus, qui nos hodierna die beatæ Cęciliæ virginis, & martyris tuæ cōmemoratione lętificas: da, vt quam veneramur officio, etiam piæ cōuerſationis ſequamur exemplo. Per Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuũ, &c. ℟. Amē

Dopo potrà dire. Spiritus ſancti gratia illuminet ſenſus, & corda noſtra. Segnādoſi nella fronte ✝ bocca, e petto ✠ e dar principio al Scrutinio. *Si fa il Scrutinio.*

Terminato il Scrutinio, & hauuto le voci à baſtanza per l'elettione; l'Eminentiſſimo, ò altro in ſuo luogo dirà.

Lo Spirito ſanto l'ha conſolate, e conceſſo la Madre Abbadeſſa: ſi richiamino l'altre Monache aſſenti. Et ritornate, l'Eminentiſs. ò altro in ſuo luogo dirà. *Richiama l'aſſenti.*

D, N. è ſtata canonicamente eletta per Abbadeſſa di queſto Ven. Monaſterio. Et ella anderà ad inginocchiarſi in mezo e l'Eminentiſſimo le potrà dire qualche parola ſecōdo il biſogno; & immediatamente la cōfermarà nel modo ſeguente. *Si publica l'Abbadeſſa.*

Noi

Si conferma.

Noi N. Card. N. Protettore di queſto Ven. Monaſterio di sãta Cecilia, à nome noſtro, e di tutte le Monache, che ſono cõcorſe all'elettione dell'Abbadeſſa nella perſona di D. N. eleggiamo, nominiamo, e dichiariamo detta D. N. Abbadeſſa di queſto Vener. Monaſterio, per li trè anni proſſimi da venire, conforme alle bolle de' Somini Põtefici, & ſolito di queſto Monaſterio: & acciò poſſi liberamente proſeguir' il ſuo offitio con la douuta auttorità, e riuerenza, Noi per le facoltà, e priuilegi conceſſici da Sõmi Pontefici la cõfermiamo, l'approuiamo, e deputiamo in dett' Offitio, ſupplendo, in quanto poſſiamo, à tutti, e ſingoli mancamenti, che in tal'elettione fuſſero cõmeſſi, sì di legge, come di fatto, & in ogn' altro miglior modo; e N. S. la benedichi. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spi ✠ ritus ſancti. Amen. Potrà poi ſoggiungere.

Ringratiaremo tutt' inſieme N. S. Iddio della gratia conceſſaci, raccomandando-

gli

gl' il buon progreſſo d'eſſa, cantaranno il



T e Deum lau da mus fol. 37 e 67

Et in queſto mētre l'eletta Madre Abbadeſſa ſi cōdurrà a ſeder' in loco preparato;& le Monache anderanno tutte a rēderli obedienza:e ſe ne farà ſegno con le campane,come di feſta.

Gli rendono obedienza.

Sonano le campane.

Finito l'Hinno l'Eminentiſs. dirà.

Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon. Pater noſter. ſecr.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Saluam fac ancillam tuam Domine.

℟. Deus meus ſperantem in te.

℣. Mitte ei Dñe auxilium de ſancto.

℟. Et de Sion tuere eam.

℣. Dñe exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.

A Cunctis nos, quæſumus Domine, mentis, & corporis defende periculis: & intercedēte beata, & glorioſa sēper virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis Apoſtolis tuis Petro, & Paulo, atque beatis Benedicto, Cæcilia, & omnib. ſanctis, ſalutem nobis tribue benignus, & pacem: vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, familia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus: prætēde ſuper hanc famulam tuam N. Abbatiſſam electam, & ſuper Congregationē illi commiſſam ſpiritum gratiæ ſalutaris; & vt in veritate tibi complaceat, ei perpetuum rorem tuæ benedictionis infunde. Per Dñm noſtrum Ieſũ Chriſtũ, &c.

LAVS DEO.

424,503
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA